licentia abbatis: niſi eſſet periculum ꝙ pauper fame non
moriatur: vt dicit glo.in.d.c.nõ dicatis: vel niſi eſſet mo
nachus habens adminiſtrationem: vel niſi eſſet in ſtudio
vel in peregrinatione de licentia abbatis: qꝛ iſtis caſibus
poſſz facere gratuitam helemoſynaz moderataz ſicut di
xit glo.nõ.in ver.cõuertendum: in cle.ij.de vita ⁊ honeſta.
de quo p Archi.in.d.c.nõ dicatis:⁊ per doc.in.c.ex par
te.ſ.de accuſatõ.⁊ per glo.in.c.alia cauſa.xvi.q.i.
¶ Scõa ratio: qꝛ tales non habent nolle nec velle:⁊ ſic
non habent arbitriũ proprie volũtatis: vt in.c.quorũdaz
⁊.c.ſi religioſus.ſ.de electõ.eo.lib. Ideo eſt ꝙ nõ poſſunt
ſibi eligere etiaz ſepulturã: vt in.c.fi.ſ.de ſepulturis. Nec
etiaz agere poſſunt de iniuria ſibi illata: ſed actio cõpetit
mõaſterio ſicut cõpetit dño qñ iniuria fit ſeruo: nec poſſz
mõachus remittere iniuriã ſm glo.nõ.in.c.parrochiano
ſ.de ſnia excom.de quo ibi plene nõ.in.d.c.ex parte:⁊ p
glo.in.l.ſi longius.§.ſi filius.ff.de iudi.⁊ in.d.c.non dica
tis. Et ſi ſpoliaretur cappa vel libro non poſſet petere re
ſtitutionez niſi eſſent in ſtudio de licentia abbatis: vt per
glo.⁊ doctõ.in.d.c.ex parte:⁊.d.c.nõ dicatis. Nec poſ
ſunt facere compatres ſeu contrahere cognationem ſpiri
tualem: vt in.c.peruenit.xviij.q.ij.⁊ ibi per gloſam.
¶ Tertia ratio qꝛ mõachus dicitur ſeruus: vt.liiij.diſt.
multos ſeruos: vbi ẽ tex.notabilis ꝙ monachus dicitur

aſtrictus duriori ſeruitute ſuo monaſterio ꝙ̃ ſit ſeruus do
mino ſuo. Et ex his omnibus infertur primo ꝙ etiã per
mittente abbate monachus non poſſet facere teſtamen
tum: arg.l.qui in poteſtate.ff.de teſta. ¶ Secũdo infer
tur ꝙ cum appellatione monachoꝝ veniat ipſe abbas:
cũ ⁊ abbas monachus ſit: vt in.c.fi.ſ.de ſimonia:⁊ ſicut
nec monacho: ita nec abbati licet habere proprium: vt in
c.abbate.liiij.diſt.ꝙ ẽt abbas ipſe non poſſit facere teſta
mentũ:⁊ idem in abbatiſſa: vt eſt tex.in.c.ij.ſ.de teſta.qꝛ
appellatione monialium venit etiam abbatiſſa: cũ ⁊ ipſa
monialis ſit: vt in.c.verum.ſ.de ſtatu regularium.
¶ Tertio infertur idem eſſe dicendum non ſoluz in mo
nacis ⁊ canonicis regularibus: ſed etiam in omnibus mẽ
dicantibus ⁊ ſic in fratribus minoribus: predicatoribus
heremitanis:⁊ carmellitis: de quibus in.c.i.ſ.de religioſ.
domibus: cum ⁊ in ipſis fortius predicta locum habeant
vt.ſ.patebit:⁊ de his plene per Bal.in.d.auc.ingreſſi.
¶ Sed limita predicta primo qꝛ etiam monachus pro
feſſus poteſt facere teſtamẽtum in vno caſu ſingulari in
auc.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccleſijs:⁊ in auc.nunc
autem.C.de epiſcopis ⁊ cleri.canonizate.xix.q.iij. Nam
ingrediens monaſterium ⁊ faciens profeſſionem ſi habet
liberos poteſt teſtari ⁊ relinquere tenetur filijs legitimã
ad minus ⁊ monaſterio reliqua eius bona: aut monaſte
rio legitimam computato ipſo monaſterio ⁊ numero li
berorum:⁊ reliqua bona ſuis filijs. Si vero decidit nõ fa
cto teſtamẽto: tunc filijs debetur legitima:⁊ reliqua bo
na debentur mõaſterio prout ibi habetur:⁊ ita tz Bal.
i.d.l.i.in repetõ.⁊ in.d.auc.ſi qua mulier: ante fi.⁊ Imoli
l.i.ff.de teſta.in.viij.col. ¶ Sed aduerte primo quid ſi
monachus profeſſus non habet deſcendentes: ſed aſcen
dentes: an teneatur vel poſſit relinquere ad minus legi
timam: vel debeatur eis a monaſterio ſi non fecit teſtamẽ
tum: glo.in.d.auc.ſi qua mulier: tenet ꝙ non:⁊ idem.xix.
q.iij.in.c.ſi qua mulier: qꝛ monaſterium habetur loco fi
lij:⁊ in ſucceſſione prima cauſa eſt filiorum:⁊ ſic excludun
tur ipſi aſcendentes: vt in auc.in ſucceſſione.C.de ſuis ⁊ le
gitimis:⁊ hoc quando filius monachus eſt profeſſus: ſe
cus tamen videtur quando eſſet infra annum probatio
nis de quo.ſ. Et dicit Cy.in.d.auc.ſi qua mulier: ꝙ mona
ſterium apud quem ſunt bona: cogitur tunc alimentare
parentes ipſius ingreſſi: de quo ibi per eũ: vide p Spe.
in ver.liiij.de quo.ſ.in.ij.limitatiõe. ¶ Secundo aduer
te: qꝛ predicta procedunt niſi quis perſuaſiõe monacho
rum ⁊ dolo ſit inductus ad intrandum monaſterium: qꝛ
licet talis dicatur bonus dolus:⁊ propter hoc non vitie
tur monachatus: tamen bona non deferuntur ad mona
ſterium: ſed ad deſcendentes vel deſcendentes: vel veniẽ
tes ab inteſtato: vt eſt caſus ſing.xx.q.iij.conſtituit:⁊ per
Inno.in.c.dudum.ſ.de conuerſ.coniug.⁊ per Bald.in
d.auc.ſi qua mulier: circa fi. ¶ Tertio aduerte: qꝛ eo ca
ſu quo pater profeſſus nõ facit teſtm̃ ⁊ ſic legitima tantũ
debetur filijs:⁊ reliqua bona mõaſterio: vt in.d.auc.ſi q̃
mulier: tunc lz alias filius viuente patre non dicatur ha
bere ius in legitima: ſed expectat mortem naturalez ipſiꝰ
patris:⁊ ſic debetur tm̃ poſt mortez: vt.l.cuz queritur.C.
de inoffi.teſta.⁊ per glo.in.c.raynutius.ſ.de teſta.⁊ per
Bar.in.l.pe.ff.de libe.agnoſcen.tamẽ de equitate cano
nica patre ingreſſo monaſterium imediate debetur filijs
legitima viuente patre: nec expectatur mors naturalis
ipſius patris: vt eſt tex.ſing.in.c.cum ſimus.ſ.de regula
ribus:⁊ ita ſequitur ibi Innocẽ.⁊ cõmuniter doc.⁊ Bal.
in.d.auc.ſi qua mulier: circa finez:⁊ ita eſt tenendũ: quic
quid dicat glo.ibi ⁊ Barto.in.l.poteſt.ff.de adoptõ.
¶ Scdo limita predicta procedere qñ infra annuz pro
bationis poteſt

bationis pōt mōachus libere teſtari ſm̄ Inno.in.d.c.ij.
⁊ glo.in ver.in ditijs:in.c.nō ſoluꝫ.ẜ.de regularibus: ⁊ ſe-
quitur Archi.⁊ Jo.an.in.c.beneficiū: eo ti.⁊ Jmol.in.d.
c.ij.in prin.⁊ Bal.in.d.auſ.ſi q̄ mulier:poſt prin.qꝛ tunc
ante profeſſionē non eſt vere religoſus:vt dicit text.in.c.
religioſo.ẜ.de ſnia excom.⁊ ſic vi ꝙ tunc nō poſſet priua
re aſcēdentes legitima:⁊ in caſu quo puaret vel aliter nō
faceret teſtm̄ videtur ꝙ ipſis aſcēdentibus debeẜ legiti-
ma:qꝛ ceſſat ratio de qua per glo.in.d.auſ.ſi qua mulier:
qꝛ ibi erat profeſſus expreſſe vel tacite a prin.ſecus ergo
in nō profeſſo exiſtente infra annuꝫ probatiōis: qꝛ nō vi
ꝙ aſcēdētes poſſint puari legitima: de quo ẜ.in.vi.⁊.vij.
q.Et an ſi fecit teſtm̄ nō facta mētione de aſcēdentibus
an vitietur teſtm̄:⁊ quid ſi omnia reliquit monaſterio:⁊
quid ſi extraneis pſonis:⁊ quid ſi aliter non fecit teſtm̄:
an ipſis aſcēdentibus debeatur legitima vel non:de quo
per Spe. i ti.de ſta.mo.§.i.ver.liiij.⁊ ver.ad premiſſoꝝ.
¶ Sed queriẜ primo quid de moriētibus infra annum
pbationis nō facto aliter teſtō:ſiue ſint mēdicantes ſiue
nō:an bona vadant ad monaſterium:an vero ad venien-
tes ab inteſtō. Cy.in.d.auſ.ſi qua mulier:videẜ velle ꝙ i
dubio ad monaſteriū:qꝛ ſic moriēdo i habitu vi voluiſſe
eſſe monachus: Bar.ibi arguit pro ⁊ cōtra ⁊ nō decidit
B.Anto.in.c.in preſentia.ẜ.de probatio.ſequiẜ opi.Cy.
⁊ idem.d.Pe.in.d.c.ij.Sꝫ certe verior vi opi.ꝙ vadāt
ad veniētes ab inteſtō.qꝛ interim nō dicitur vere religio
ſus:vt dicit tex.in.d.c.religioſo:⁊ ita ſeqtur Jmol.in.d.c.
in preſentia:⁊ ideꝫ videtur tenere in.d.c.ij.in.vi.col.⁊ ita
diſputando determinauit Pe.de anchara.prout ipſe re
fert in.d.c.beneficium : de quo ibi plene per eum.
¶ Scōo principaliter queritur de ipſis mēdicantibus:
an mēdicantes ipſi infra annuꝫ probatiōis poſſint facere
teſtm̄:⁊ vr̄ ꝙ ſic:ex quo nō ſunt profeſſi etiam ſi tales mē
dicantes eſſent fratres minores : vt in.d.cle.exiui.§.nos
autem:⁊.§.cum vero.ẜ.de verbo.ſignifi.⁊ ita eſt de mente
Bar.⁊ Bal.in.d.auſ.ſi qua mulier:⁊ Jmole in.l.i.ff.de
teſta.in.ix.col. ¶ Tertio queritur an mēdicantes cogā
tur relinquere aliqd eoꝝ eccleſie:⁊ dic ꝙ in fratribus mi
noribus eſt claruꝫ ꝙ nō:qꝛ etiaꝫ in cōmuni nō poſſunt ha
bere propriuꝫ:vt.d.cle.exiui.Sed in alijs mēdicantibus
vr̄ ꝙ nō cogantẜ aliqd relinquere:qꝛ lꝫ ſit dubiū:an eccle
ſia mendicantiū poſſit petere bona ipſoꝝ mēdicantiū qn̄
mēdicātes pfeſſi deceſſerūt nō facto teſtō : vel qn̄ expreſ
ſe bona reliquiſſent eoꝝ eccleſie:vt.ẜ.diceẜ: tamē ſine du-
bio vi ꝙ eccleſia aliqd petere nō poſſit ꝯtra eoꝝ volunta
teꝫ:⁊ ita vr̄ de mēte Jo.de imol.in.d.c.in pn̄tia:in pe.col.
⁊ Bal.in.d.auſ.ſi qua mulier:vbi ēt notabiliter determi
nat hoc ꝓcedere nō ſolū ſi facerent teſtm̄ infra annū pro
bationis:ſed ēt ſi longe per prius feciſſent ēt nō cogitan
tes de ingreſſu religionis:qꝛ nō rumpitur teſtm̄ prius fa
ctuꝫ i ipſis mēdicantib⁹ qd̄ nota. ¶ Quarto queriẜ: qd
ſi mēdicantes decedant profeſſi i ordine mēdicantiū nō
facto teſtō:nec ante nec poſt:an monaſteriū poſſit petere
eoꝝ bona:dic ꝙ nō in fratribus minoribus:ſꝫ vadunt ad
venientes ab inteſtō:vt in.d.cle.exiui: ⁊ ita cōiter tenent
doc.in.d.c.in preſentia:⁊ ſequiẜ Jmol.in.l.i.ff.de teſta.cir
ca fi.Sꝫ in pdicatorib⁹ ⁊ alijs mēdicantib⁹ tenuit Spe.
in ti.de ſta.mo.§.i.ver.tertio ⁊ quarto:ꝙ eccl'ia poſſit pe
tere bona : qꝛ lꝫ nō poſſint retinere ꝓpriuꝫ vt in.c.i.ẜ.de re
ligioſis do.tn̄ poterūt vēdere ⁊ de precio ſubuenire eorū
neceſſitatib⁹:⁊ idem vr̄ velle glo.in.d.c.i.⁊ Archi.xix.q.
iij.in.c.qꝛ ingredientibus:⁊ Jmola in.d.l.i.in fi.⁊ in.d.c.
in pn̄tia:de hoc tn̄ vide per Bal.in.d.auſ.ſi qua mulier:
⁊ per Fede.in ſuo ꝯſi.xij.⁊ plene p doc.in.d.c.i.⁊ voluit
ſing.Spe.in.d.v.iij.predicta ꝓcedere ēt ſi tales haberēt
deſcēdētes vt ſic ſola legitima debeat eis reſeruari ſicut
dr̄ in.d.auſ.ſi qua mulier:⁊ cetera bona vadant ad eorū
eccleſiam:cogita tn̄ in hoc. ¶ Quinto queritur quid in
alijs nō mēdicantibus:an cogantẜ aliqd relinquere mo-
naſterio:⁊ ꝯclude ꝙ ſi faciunt teſtm̄ infra annum proba
tionis videtur ꝙ nō cogātur aliqd relinquere mōaſterio
nec monaſteriū aliquid petere poſſit ⁊ valeat teſtm̄. Nō
ob.d.auſ.ſi qua mulier:qꝛ ibi loqtur in profeſſis:ſecus in
his qui poſſunt libere teſtari:vt ẜ.proxime patebit.
¶ Sexto queritur an teſtm̄ factū ante ingreſſuꝫ mona-
ſterij rumpatur per ingreſſuꝫ religionis ſi aliqd nō eſt re
lictum monaſterio iure inſtitutionis:glo.in.d.auſ.ſi qua
mulier:tenet ꝙ ſic:quaſi agnatiōe poſthumi:cū monaſte
riuꝫ habeatur loco filij:vt in.d.c.in preſentia:⁊ ideꝫ tenet
glo.in.d.c.ſi qua mulier:⁊ ideꝫ Inno.in.d.c.in preſentia:
Spe.in.d.§.i.ver.quinquageſimo:refert opi.⁊ nihil fir-
mat. Bar.in.d.auſ.ſi qua mulier:ꝯcludit ꝙ aut talis fe
cit teſtm̄ cogitans de ingreſſu:⁊ tamē nihil reliquit mo-
naſterio:⁊ tūc non rumpitur teſtm̄:ſecus ſi nō cogitaue-
rit de ingreſſu:qꝛ tūc rumpiẜ quaſi mutata voluntate:qꝛ
offerēdo bona ſua expreſſe vel tacite monaſterio vi peni
tuiſſe teſtamēti ⁊ ademiſſe heredi ſcripto: ⁊ ita ēt ſequiẜ
Bal.ibi:dicens ꝙ in dubio ſi ingreſſus monaſteriū fece
rit ī proximo teſtm̄:preſumiẜ ꝙ cogitauerit de ingreſſu
⁊ nō penituerit teſtamēti ingrediēdo poſtea : ſecus ſi ex
interuallo:arg.l.naꝫ ad ea.ff.de cōdi.⁊ demō.Et cū opi.
Bar.tꝫ ſe Jmola in.l.i.ff.de teſta.in.vij.col. ¶ Tu ad-
uerte qꝛ opi.Bar.in quātum vult ꝙ per ingreſſum mo-
naſterij non rumpatur teſtm̄ quando fecit in ingreſſu vel
cogitans de ingreſſu:procedit etiā ſi ingreſſus obtuliſſꝫ
expreſſe ſe ⁊ ſua bona monaſterio : qꝛ non preſumitur ꝙ
ſe correxerit ⁊ voluerit reuocare teſtamētuꝫ ſm̄.d.Ant.
in.d.c.in preſentia:quem i hoc ſeqtur Jmol.ibi. Si vero
eſt ingreſſus monaſteriū ex interuallo quo caſu nō preſu
mitur tpe teſtamēti cogitaſſe de ingreſſu:tūc ſi ingrediẜ
do monaſteriuꝫ offert expreſſe ſe ⁊ ſua rumpatur teſtm̄:
qꝛ vi aliter diſponere de ſuis rebus:ſecus ſi ſimplr̄ ingre
diatur religionem:qꝛ tūc vi remanere in primo teſtō ſm̄
d.Ant.in.d.c.in pn̄tia.Sꝫ i hoc vltimo Jmol.ibi ſeqtur
opi.Bar.vt ēt ſimplr̄ ingrediēdo monaſteriuꝫ rumpaẜ
prius teſtm̄:lꝫ alr̄ nō offerat expſſe bona ſua:qꝛ tacite vr̄
offerre:vt.d.auſ.ingreſſi:⁊ ſic aliter diſponere de rebus
ſuis:vnde talis expreſſio non vr̄ neceſſaria:arg.l.cum qd
ff.ſi cer.pe.Sed certe verior vr̄ opi.d.Ant.p tex.in.d.c.
ſi qua mulier:in.§.nūc aūt:ibi ſi pri⁹ teſtatus nō ſit quaſi
ſi prius feciſſꝫ teſtm̄ illud nullo mō rumpitur p ingreſſuꝫ
monaſterij:ſꝫ oꝫ ſeruari : ⁊ ita ēt vr̄ tenere Spe.in.d.§.i.
in fi.⁊ in v.li.⁊ maxime qꝛ monaſteriū nō hr̄ loco filij niſi
in caſib⁹ expſſis i iure:⁊ iſte caſus nō repiẜ expſſus: facit
tex.i auſ.de monachis.§.illud.Nō ob.ꝙ ingrediēdo mo
naſteriū vr̄ velle aliter diſponē de reb⁹ ſuis: nā illud ꝓce
dit niſi prius feciſſꝫ teſtm̄:vt eſt tex.nō.in.d.§.nūc autēꝫ
⁊.d.§.illud. Cū in dubio teſtator ſemp videatur velle ꝙ
teſtm̄ ſuuꝫ valeat ⁊ ꝯſeruetẜ:vt in.l.ſi iure.ff.de leg.iij.⁊ in
dubio volūtas nō preſumiẜ mutata:vt i.l.cū q.ff.de pba.
⁊ ceſſat tacita oblatio vbi appet de expſſa p teſtm̄:vt.d.
§.nūc aūt:qꝛ prouiſio hoīs tollit ꝓuiſionē.l.vt in.l.mari
tus.C.de procu.Et qꝛ inſtitutio heredis ſemel facta non
reuocatur niſi per aliam voluntatem ſolemnem : vt ple-
ne nō.in.l.ſi iure:que iſto caſu ceſſat:cogita.
¶ Septimo queritur qd ſi ingrediens monaſterium in
teſtamēto omnia reliquit monaſterio ⁊ ſuis deſcendenti-
bus nihil:an valeat teſtm̄: Bar.in.d.auſ.ſi qua mulier:
tꝫ ꝙ ſic per tex.in.d.§.illud:vbi pmittitur teſtari quo vult.
Sꝫ Jmol.⁊.d.Ant.in.d.c.in preſentia: circa fi.tꝫ ꝯtrariū

⁊ bene:qꝛ nõ eſt veriſimile ꝙ imperatoꝛ in tantũ voluerit
priuilegiare teſtm̃ in priuilegiũ filioꝝ per nõ.per glo.i.l.
ſi quis ad declinandã.C.ð epiſ.⁊ cle.pꝛo qua glo.eſt tex.
xvij.q.iij.c.ſi.⁊ illa verba quõ vult:de qbus in.d.§.illud⁊
debent intelligi dũmodo legitime teſtet̃:arg.l.i.C.de ſa.
ſan.eccle.⁊ in.l.ſi quãdo.C.de inoffi.teſta.vnde vi ꝙ iſto
caſu nõ rumpat̃ teſtm̃ in totum: ſed filius debeat̃ ſola legi
tima:⁊ reliqua bona mõaſterio:arg.d.aut.ſi qua mulier:
⁊ facit bonus tex.⁊ glo.in.c.cuꝫ ſimus.ẽ de regularibus.
¶ Octauo querit̃:an cogatur relinquere ad minus legi
timaꝫ ſuis parẽtibus:⁊ ſi nõ relinquit in teſtamẽto an de
beatur a monaſterio:glo.in aut.ſi qua mulier:⁊ in.d.c.ſi
qua mulier:videtur velle ꝙ non. Sed certe ibi loquit̃ qñ
monachus pꝛofeſſus fecit teſtm̃: de quo eſt dictum.ẽ.in
ij.limitatiõe.ſecus ergo ſi ante pꝛofeſſioneꝫ infra annum
ꝓbationis vel ante ingreſſuꝫ:qꝛ vi ꝙ debeatur ipſis aſcẽ
dentibus ad minus legitima:ar.l.nam ⁊ ſi parentibus ff.
de inoffi.teſta.⁊ ſic dꝫ legitime teſtari:vt di.ẽ.in pꝛoxima
q.imo etiaꝫ vi velle Specu.in.d.§.i.ver.liij.⁊ i.§.ad pre
miſſoꝝ:ꝙ etiam in caſu.d.aut.ſi qua mulier:parentes nõ
poſſint priuari legitima poꝛtione:foꝛtius ergo quãdo añ
ingreſſum vel infra annum pꝛobatiõis facit teſtm̃ qð nõ.
⁊ vide ibi per Jo.an.in addi. ¶ Nono queritur an poſt
ingreſſum monaſterij poſſit reuocari teſtm̃ iam factuꝫ: ⁊
ꝯclude ꝙ infra annuꝫ pꝛobationis põt:ſicut poteſt teſta
ri:vt eſt dictum.ẽ.in.ij.limitatiõe:⁊ ita tꝫ Jmo.in.d.l.i.in
vij.col. Sed poſt pꝛofeſſionem:Bar.in.d.aut.ſi qua mu
lier:⁊ in.d.l.i.tꝫ idem:arg.l.ſed ſi moꝛs.ff.de donatꝫ.inter
virũ:etiam coꝛam duobus teſtibus:arg.c.relatum:⁊.c.cũ
eſſes.ẽ.de teſta.⁊ ita tranſit Jmol.poſt.d.Ant.in.d.c.in
pꝛeſentia:circa ſi. ¶ Bal.in.d.aut.ſi qua mulier:intelli
git hoc ꝓcedere quãdo reuocando mutaret de extraneo
in filium vel monaſterium:vel de liberis in liberos: vel de
liberis in monaſteriũ:vel de monaſterio in aliud mona
ſterium qð eſſꝫ ingreſſus:alias mutatio nõ eſt ꝑmiſſa: vt
vide plene p Bal. Sed Ang.in.l.i.tꝫ ꝯtrarium indiſtin
cte:vt nullo modo poſſit reuocari poſt pꝛofeſſioneꝫ:qꝛ cũ
ſit priuatus poteſtate teſtandi:ergo ⁊ poteſtate reuocã
di:⁊ hanc parteꝫ ſequit̃ Jmol.in.d.l.i.per rõnem Ange.
argu.l.tria pꝛedia.ff.de ſeruitutibus vrba.⁊.l.iiij.ff.de re
iudi. Non ob.d.l.ſed ſi moꝛs:qꝛ loquit̃ in donatõe cauſa
moꝛtis. Item ibi loquit̃ in depoꝛtato qui retinet liberta
tem:ſecus in monacho pꝛofeſſo qui cenſet̃ ſeruus: vt.ẽ.in
pꝛin. Iteꝫ qꝛ ſola reuocatio verbalis nõ ſufficeret niſi fiat
aliud teſtm̃ de nouo:vt nõ.in.d.l.ſi iure:qð iſte facere nõ
poteſt. ¶ Et pꝛo hac parte facit optimus tex.i.d.aut.ſi
qua mulier:qꝛ ſi ſpeciale eſt in illo caſu vt poſſit aliqd oꝛ
dinare:ergo in ꝯtrarium eſt ius cõe:ſed illo caſu non põt
aliquid oꝛdinare quãdo pꝛius eſt teſtatus:vt pꝛobat tex.
ſing.in.d.§.nunc aũt:ergo nõ poterit reuocare:⁊ ita tenẽ
duꝫ vi. Et pꝛedicta pꝛocedunt in ingreſſo in monaſterio
non mendicantiũ:ſed in monaſterio mendicantium indi
ſtincte poſtꝗ̃ eſt pꝛofeſſus nõ poſſꝫ reuocare teſtm̃: vt tꝫ
Bal.in.d.aut.ſi qua mulier:⁊ Jmola in.d.l.i.in.viij.col.
Sed poſſꝫ dici ꝙ omni caſu poſſit reuocare quo de nouo
facere poſſet. ¶ Decimo queritur an teſtm̃ factuꝫ ante
pꝛofeſſionem ꝯfirmetur irreuocabiliter per pꝛofeſſionem
⁊ ſic per moꝛtem ciuilem:an vero expectetur moꝛs natu
ralis ipſius teſtantis: Bar.in.d.l.i.concludit ꝙ in fratri
bus minoꝛibus pꝛofeſſio confirmat teſtm̃:ſed in alijs mẽ
dicantibus vel nõ mendicantibus dꝫ expectari moꝛs na
turalis:vnde nõ debebunt heredes vel legatarij habere
bona niſi poſt moꝛtem naturalem:ſed interim ſtabit do
minium penes monaſterium ⁊ fructus percipiet: ⁊ idem
ſequitur ibi Ange.⁊ Bal.arg.l.ſtatius.§.coꝛnelio.ff.de
iure fiſci:⁊ idem Jmola in.d.c.in pꝛeſentia:circa ſi. Sed
tu vide Jmol.i.d.l.i.in.ix.col.vbi melius ꝗ̃ alibi examiat
iſtũ arti.⁊ ꝯcludit ꝙ ſi ꝯſtat de mẽte diſponẽtis ꝙ volue
rit teſtm̃ hr̃e locũ poſt moꝛteꝫ nãleꝫ tm̃:vel ẽt ante ſerua
ri dꝫ volũtas:qð pꝛocedit ẽt in ingrediente religionẽ fra
truuꝫ minoꝝ vel alioꝝ mẽdicantiũ:vt vult Bal.ibi:h vl
ꝓcedere in alijs mẽdicantibus:ſed i minoꝛibus bona ſta
bunt apud veniẽtes ab inteſtõ. Si vo ſum⁹ in dubio tũc
aut facit quis teſtm̃ ſciens ſe ingreſſuꝝ monaſteriũ: ⁊ ſta
tim fcã pꝛofeſſione teſtm̃ hẽbit effectuꝫ:ſiue ſit ingreſſus
monaſteriũ mendicantiũ:ſiue alioꝝ: aut facit teſtm̃ non
cogitans de ingreſſu monaſterij:tunc ſi intrat monaſte
rium nõ mendicantiũ ⁊ dꝫ expectari moꝛs nãlis vt.ẽ. Si
vo intrat monaſteriũ mendicantiũ:⁊ tũc aut ſi fratruum
minoꝝ teſtm̃ ſtatim hꝫ effectũ:aut alioꝝ mendicantiũ: ⁊
tũc expectat̃ moꝛs nãlis:⁊ interiꝫ monaſteriũ vtatur fru
ctibus illoꝝ bonoꝝ ad vitam illius ingreſſi ſm eum. Sꝫ
certe hoc vltimũ vi dubiũ:qꝛ aliud ẽ querere qñ bona re
linquntur eccleſie mendicantiũ: vbi di ꝙ pñt illa vendẽ
⁊ pꝛeciũ ꝯuertere i eoꝝ neceſſitates:vt i.d.c.i.⁊ ibi glo.⁊
aliud ẽ iſto caſu quo caſu vẽdere nõ pñt:ex quo bona ſũt
ſubiecta reſtõni:nec vi ꝙ poſſint interim fructus annua
tim percipere vel fructus vendere: qꝛ hoc nõ conuenit re
gule mendicantiũ:ex quo pꝛohibet̃ hr̃e certos redditus
vt in.d.c.i.§.ꝯfirmatos:⁊ ſic vr̃ ꝙ in religiõe mẽdicãtiuꝫ
ſtatiꝫ fcã ꝓfeſſiõe teſtm̃ habebit effectũ per ꝓdicta:vide
tñ p Spe.in.d.§.i.ver.li.⁊ ibi p Jo.an.in addi.⁊ in ti.de
teſta.in ver.tertio querit. ¶ Undecimo querit̃:quid de
ꝯuerſis ſeu oblatis:an poſſint facẽ teſtm̃: glo.ſing.xvij.
q.i.vt lex:ꝯcludit ꝙ aut offert ſe ⁊ ſua eccleſie regulari ⁊
tales non pñt teſtari nec ꝓpꝛiũ hr̃e:nec mr̃imoniũ ꝯhere
Aut eccleſie ſeculari ⁊ pñt teſtari ⁊ matrimoniuꝫ ꝯhere:
qꝛ tũc nõ trãſeunt bona futura:ſꝫ tm̃ bona tpe oblatiõis
exiſtentia:ar.l.ſi ita.ff.ð auro ⁊ argẽ.le.⁊ ita vr̃ ſeq Bal.
in.l.generali.C.de ſa.ſan.eccle.⁊ Bar.in.d.aut.ingreſſi.
Sꝫ aduerte qꝛ Bal.ibi in.ij.col.ꝯcludit:ꝙ aut offert ſe
qs eccleſie ſeculari:⁊ tũc nõ trãſeũt bona niſi ea expꝛeſſe
offerat:vt in aut.pꝛeſbyteros:de epiſ.⁊ cle.vnde dicit ꝙ
qui offerũt ſe alicui eccleſie vel hoſpitali nõ ꝑdunt bona
niſi expꝛſſe offerãt. Si vero offert ſe eccleſie regulari: tũc
vi velle Bal.ꝙ tacite tranſeant bona:ſꝫ idẽ Bal.ibi in
iiij.col.in pñ.ꝯcludit ꝙ offerẽtes ſe eccleſie regulari: aut
totaliter renũciãt ſeculo:faciẽdo ꝓfeſſionem ⁊ nõ pñt te
ſtari nec matrimoniũ ꝯhere:aut nõ renũciant:ſed retinẽt
vxoꝛes:⁊ tũc pñt teſtari ⁊ equiperant̃ clericis ſecularib⁹
⁊ ita dicit debere intelligi dictũ glo.in.d.c.vt lex:⁊ ita vi
ſequi Jmol.i.c.ij.ẽ.de teſta.in.vij.col.de quo ibi p Spe.
in.d.§.i.in ver.lviij.⁊ per Archi.i.c.ex eo ꝙ.ẽ.de elec.eo.
lib.⁊ in.d.c.vt lex:ponẽteꝫ an offerẽtes ſe eccl̃ie regulari
pꝛeſumant̃ tacite ꝓfiteri:vi tñ ibi velle ꝙ nõ ſufficẽt pꝛo
mittere ſimplr̃ obedientiã niſi ꝓmittant obedientiã mo
nachaleꝫ:qꝛ talis obediẽtia pꝛo ꝓfeſſiõe habet̃:ð quo ibi
p euꝫ:⁊ vide qð nõ.in.c.nõ dubiũ.ẽ.ð ſnia excõ. ¶ Duo
decimo querit̃:an rõne cõſuetudinis poſſit monachus ⁊
alij regulares facẽ teſtm̃: Bal.in.d.aut.ingreſſi:in pꝛin.
dixit ꝙ nõ valeret talis ꝯſuetudo:nec etiã poſſꝫ ꝯſuetu
do ꝯcedere ipſis regularibus ius teſtãdi ſm Bal.ibi:lꝫ
ipſis clericis ſecularibus ꝯſuetudo poſſit ꝯcedere ius te
ſtandi in caſibus in qbus alias nõ poſſent:vt eſt dictũ.ẽ.
in clericis ſecularibus:⁊ lꝫ etiaꝫ ꝯſuetudo poſſit ꝯcedere
etiaꝫ ipſis pꝛelatis regularibus ptãteꝫ donãdi in vita de
aliqbus bonis mobilibus eccleſie:poteſt ergo conſuetu
do concedere ipſis regularibus poteſtatem diſponendi
de rebus eccleſie in vita: ⁊ tamen non in moꝛte: vt ẽ tex.
ſing.in.c.ceterum.ẽ.de donatꝫ.de quo ibi per Jmolam.
¶ Decimotertio

¶ Decimotertio querit an ipſi regulares poſſint ſaltem
teſtari ad pias cãs: ⁊ dic ꝙ nó vt tȝ Bar. in. l. i. de ſa. ſan.
eccle. in ver. tertio quero: ⁊ ſeqtur. d. Nico. in rubri. ẽ. de
teſta. q2 ẽt nó poſſunt facere helemoſynã in vita: vt eſt di
ctum. ẽ. in prin. multo minus poſſunt diſponere i morte: ex
quo propriũ non hñt: vt in. c. nó dicatis. xij. q. i. ⁊ in. c. cum
ad monaſteriũ: in fi. ẽ. de ſta. mo. ¶ Decimoquarto qrit
ſi monachus vel canonicus regularis ſeu exiſtens de or
dine mẽdicantiũ promouet in epm vel archiepm qd pót
vt in cle. i. in fi. de elec. ⁊ in. c. quorũdã. ẽ. de elec. eo. lib. an
tũc poſſit facere teſtm̃ ⁊ dic ꝙ nó: vt voluit glo. pe. in. c. i.
ẽ. de teſta. q2 nó liberat pp hoc ab alijs ſubãlibus regule
vt voluit glo. in. d. c. quorũdã: in fi. ⁊ in ver. mendicantiũ
ẽ. de elec. eo. lib. vnde nó poteſt pp hoc habere ꝓpriũ:
ímo quicqd acquirit: poſtea acquirit epiſcopatui vel ar
chiepatui: vt ẽ tex. nõ. in. c. vnico. xviij. q. i. ⁊ in. c. cum olim:
el. ij. ẽ. de priuile. ⁊ ſeqtur glo. in. c. q2 tua. xij. q. i. in prin. ⁊
ita tȝ Jo. an. ⁊. d. Nico. i. d. c. i. in fi. de teſta. ⁊ idẽ Jmol.
ibi in. vij. col. dicens ꝙ talis nó poſſȝ teſtari ẽt de acquiſi
tis intuitu pſone: cum regularis quicqd acquirat: querat
eccleſie: vt. ẽ. ⁊ in. c. requiſiti. ẽ. de teſta. Et lȝ monachus
factus epus nó deſinat eſſe monachus: vt dicit glo. in. d.
c. quorũdam: tamẽ liberat ab obedientia abbatis: q2 iam
factus eſt de filio pater: vt in. d. c. i. xviij. q. i. ⁊ ibi glo. Jtẽ
abſoluit ab alijs accidẽtalibus regule: puta a ieiunijs: vi
gilijs: a ſilentio. Jtem poſſȝ facere cõpatres qd prius non
licuit: ⁊ ita dicit glo. in. d. c. vnico. Jtem nõ tenetur dicere
officium monachale ſed aliud: facit cle. ij. de celebra. miſ.
ſed ab alijs ſubſtãtialibus regule: vt a ꝯtinentia vel a vo
to paupertatis non liberat: vt dicit glo. in. c. iij. xvi. q. i. di
cens ẽt ꝙ non liberat ab habitu: ideo tenetur portare ha
bitum ſue ꝓfeſſionis: ⁊ ſic monachale vel mendicantium:
⁊ idem voluit glo. xvi. q. vltima in nouatiõe. Pro quo ẽ
tex. nõ. in. c. pe. in fi. ẽ. de vita ⁊ hone. Sed an abſoluat ab
eſu carniũ: vbi Hu. tenet ꝙ nó: de ꝯſe. diſt. v. carnẽ: ⁊ idem
tȝ in. d. c. vnico: cum quo trãſit ibi Archi. Sed glo. in. d. c.
iij. i fi. videtur velle ꝯtrariũ: qd procedit vt ipſa ſentit qñ
ſine ſcandalo nó poſſet ſe abſtinere: alr̃ ſi poſſet ſine ſcan
dalo: ⁊ tunc nó intelligitur abſolutus: ⁊ ita tranſit ibi Ar
chidia. Ex quo infertur ꝙ ẽt in ieiunijs ſi poſſet ſine ſcan
dalo obſeruare nó intelligẽtur abſolutus ſm Jmol. ⁊. d.
Nico. in. d. c. pe. in fi. ⁊ vide glo. in. d. cle. ij. ¶ Decimo
quinto queritur: qd ſi mõachus vel canonicus regularis
vel de ordine mendicantiũ factus ſit cardinalis: an poſſit
facere teſtm̃: ⁊ dic ꝙ non: q2 lȝ liberetur ab accidentali
bus regule a qbus ſupra liberatur epus: tñ non liberatur
a ſubſtãtialibus regule: ſicut dicitur. ẽ. in epo: ⁊ ita tȝ no
tabiliter Bal. in aut. licentiam: in pn. C. de epiſco. ⁊ cleri.
Licȝ idem Bal. ⁊ Ang. in. l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus:
dicant ꝯtrarium: dicentes ꝙ tunc poſſunt habere propriũ
⁊ ſibi querere: ſed male dicũt: q2 nó liberant ab alijs ſub
ſtantialibus regule: ⁊ ſic a voto pauptatis vel ꝯtinentie:
vnde nó poſſunt habere proprium ſȝ querunt ſue eccleſie:
vt in. d. c. i. xviij. q. i. vt tȝ ibi Jmol. i. d. §. ſuus: ideo eſt ꝙ
nó poſſunt cardinales mutare habitum ſue ꝓfeſſionis: ⁊
ſic relinquere habitum monachalem vel mendicantium: ⁊
ita obſeruatur: ⁊ ita tenet Jmol. ⁊. d. Nico. in. d. c. pe. ⁊ in
d. §. ſeruus: de quo per doc. in cle. i. de elec. ¶ Decimo
ſexto queritur: quid in papa ſi prius fuit monachus vl̃ ca
nonicus regularis: vel de ordine mẽdicantiũ: an poſſit fa
cere teſtm̃: ⁊ an liberetur a ſubſtãtialibus regule: ⁊ vȝ ꝙ
non: ⁊ ſic ꝙ nó liberetur a voto pauptatis vel ꝯtinẽtie: q2
vt dicit Bal. i. d. aut. licentiã: nulla dignitas liberat quẽ
a ſubſtantialibus regule: ideo eſt ꝙ doc. tenent ꝙ i papa
ſit ſola iſta ſpẽalitas vt liberet a delatiõe habitus ſue pro
feſſionis: ⁊ ſic ipſe ſolus habitum illum mutat: lȝ ſecus ſit i
cardinalibus vel epiſcopis vt. ẽ. ſm Jmol. in. d. §. ſeruus:
in fi. ⁊ in. d. c. pe. ergo in alijs ſubſtãtialibus nó liberatur:
cũ per monachationẽ imprimat quidã caracter ꝙ ab oñi
bus vnqȝ euelli nó poſſit: vt dicit glo. nõ. in. c. ad noſtram
ẽ. de regularibus: ⁊ vide per docto. in. d. cle. i. Jdeo dixit
ſing. Hguitio in. d. c. iij. quẽ ſequitur ibi Archi. ꝙ mo
nachus nõ lȝ comedere carnes etiam ſi eſſet factus papa qñ
ſine ſcandalo hoc facere poſſet: vt in. c. carnem: de conſe.
diſt. v. q2 ex honore non dȝ ꝯſequi peccandi licentiam ſm
Archi. in. d. c. iij. referendo Laurentiũ idem dicentem in
c. vnico. xviij. q. i. ſi ergo papa non abſoluitur in totum ab
iſtis accidentalibus regule ſicut eſt ab eſu carniũ: fortius
non eſt abſolutus a ſubſtãtialib9 regule: q2 lȝ ab ipſo deo
recepit ptãtem ⁊ dignitatem ſummi pontificatus: non tñ
recepit ptãtem peccandi: vt dicit text. nõ. in. c. i. xl. diſtin.
que omnia ſing. nota: ⁊ vide dicta. ẽ. in clericis ſeculari
bus in. viij. ix. ⁊. x. queſito. ¶ Decimoſeptimo ⁊ vltimo
queritur ſing. an canonicus regularis vel monachus ſeu
alij mẽdicantes poſſint facere teſtm̃ ſaltẽ de licẽtia pape
Et quid de epõ vel cardinali qui prius fuit mõachus ſeu
regularis: ⁊ lȝ iſte articulus i nulla parte reperiatur exa
minatus p docto. tñ videretur primo loco dicendũ ꝙ ſic
Nam fortius vȝ impedimẽtum qd a natura cauſatur qȝ id
qd ex ꝯſtitutiõe eccleſie: vt inſtitu. de iure naturali. §. ſed
⁊ naturalia: ſed ſic ẽ ꝙ mutus ⁊ ſurdus eo caſu quo a iure
ꝓhibetur facere teſtm̃ dȝ impeditus ex impedimẽto nãli
vt in. l. diſcretis. C. qui teſta. ⁊ tñ ex licentia principis põt
talis facere teſtm̃: vt in. l. ſi mutus. ff. ó teſta. ergo ⁊ fortius
hoc poſſȝ monachus ex licẽtia pape: cũ ſolẽnitas voti ſit
inducta ex ꝯſuetudine eccleſie: vt in. c. i. Ꝉ. de voto: qua ceſ
ſante ſine dubio valeret matrimoniũ ꝯtractum a monacho vl̃
a ꝯſtituto in ſacris: vt dixit glo. nõ. quã oẽs doc. ſequuntur
in. c. rñſ. ẽ. qui cleri. vel vo. Ergo cum papa ſit ſupra ius
⁊ ꝯſtõnes eccleſie: vt in. c. ꝓpoſuit. ẽ. de ꝯceſ. prebẽ. pote
rit monachus de licẽtia pape facere teſtm̃ ſicut mutus ⁊
ſurdus hoc põt de licẽtia ꝓncipis: vt in. d. l. ſi mutus: qd
impedimẽtũ tãqȝ nãle fortius vȝ vt. ẽ. ¶ Scdo ad idem
facit: nã obſides dati romanis ab ipſis hoſtibus imperij
non pñt facere teſtm̃: vt in. l. obſides. ff. de teſta. eo q2 iu
dicant ſerui: ⁊ in ptãte hoſtiũ et perdunt oñia rex: vt per
doc. i. d. l. obſides: ⁊ tñ de licẽtia ꝓncipis tales pñt teſta
ri: vt. d. l. obſides: ẽ idẽ ſit dicendũ in monacho: vt lȝ pdi
derit oñia rex ⁊ ſuus iudicet: ⁊ ſit in ptãte abbatis: ⁊ nó
hȝ velle nec nolle: vt in. d. c. ſi religioſ: ⁊. d. c. nó dicatis: tñ
ex licẽtia pape teſtari poſſit. Cũ ſit dubius de ſtatu ſuo ⁊
nó hẽat teſtamẽti factionẽ: vt in. l. de ſtatu. ff. ó teſta. ſicut
nec deportatus: vt in. l. eius q. ff. eo. ti. q deportatus pdit
oñia rex put ibi nõ. ⁊ tñ tales ex licentia ꝓncipis teſtari
pñt: ſm glo. in. l. ſi qñ in pn. C. de inoffi. te. vbi ẽ tex. nõ. te
ſtamẽti factionẽ ex ꝯceſſione ꝓncipis poſſe ꝯcedi alr̃ nó
hñtibus ſeu ꝓhibitis a iure: cũ maiora vel ſaltem equalia
videant impedimẽta muti ⁊ ſurdi vel dati in obſidẽ ⁊ du
bij de ſtatu ſuo vel deportati quo ad teſtamẽti factionem
qȝ ſit impedimẽtũ ipſius monaci: ⁊ tñ dictis impedimẽtis
nõ obſtãtibus põt Jmpator illis ꝯcedẽ teſtamẽti factio
nem: fortius ergo poterit papa ipſi monacho: cum longe
maior ſit poteſtas pape qȝ Jmperatoris: vt in. c. ſolite. ẽ.
de maio. ⁊ obe. ideo eſt ꝙ Jmperator a papa deponitur
⁊ ſua dignitate priuat: vt in. c. ad apoſtolice. ẽ. de re iudi.
eo. lib. Et per rõnem. d. l. ſi quãdo: Bal. ibi in fi. prin. vi
detur tenere hanc partem: dicẽs ꝙ ſi papa cõcedit mona
cho vt poſſit teſtari de honis paternis ſicut plerũqȝ ipſe
papa facit: ꝙ talis ꝯceſſio intelligitur vt ſeruatis ſolẽni
tatibus iuris debeat facere teſtamẽtum: ⁊ ſic expſſe innuit

Bal.papã monacho hoc ↄcedere poſſe: Jdeȝ etiã vi ſentire idem Bal.in auť.niſi rogati:circa fi.C.ad trebel. dicens monachum poſſe habere priuilegium a papa: vt poſſit teſtari de rebus maternis: vt ibi per eum.

¶ Tertio hoc ꝓbatur ex generali pťate data ipſi Petro ⁊ ſucceſſorib⁹ de ligãdo ⁊ ſoluendo: vt.xxiiij.q.i.quodcunq;:⁊ q᷑ dixit quodcunq; nihil excepit: vt in.c.ſolite.ẽ.de maior.⁊ obedientia. Jdeo eſt ꝙ papa facit de monacho clericum ſecularem:vt in.c.quorũdam.lxxiiij.diſt.⁊ q᷑ in votis ſemp intelligiť excepta auctoritas ſuperioris: vt in c.veniẽtes.ẽ.de iureiuran.⁊ in.c.nõ eſt.ẽ.de voto:vnde ſi papa abſoluit a iuramẽto per qḋ ipſe iurans deo ⁊ homini obligatur:vt in.c.auctoritatem.xv.q.vi.⁊ nõ.in.c.quanto.ẽ.de iureiur.⁊ tȝ glo.in.d.c.propoſuit:Fortius a voto per qḋ obligať ſoli deo:hinc dicebat notabiliter Hoſtiẽ. in.c.quãto.ẽ.de trãſla.prela.ꝙ dei ⁊ pape idem eſt cõſiſtoriũ:arg.c.ij.⁊.iij.ẽ.de tranſla.prela.⁊ in.c.romana.ẽ. de appel.eo.lib.⁊ breuiter dici põt papaȝ quaſi oia poſſe ſicut deum:peccato excepto:vt de peni.diſt.ij.caritas:de quo ibi p euȝ:faciunt pro hac parte notanda dicta Spe. in ti.de legato.§.nũc oſtendendum:ver.lxxxix.dicens ꝙ papa eſt vicarius xpi vicem nõ puri hois: ſed veri dei gerens in terris:vt in.d.c.ij.⁊.iij.vnde oia regit:diſponit: ⁊ iudicat prout ſibi placȝ.ix.q.iij.cuncta per mundũ: ⁊.c.p principalem:habet ẽt in terris plenitudinem pťatis:vt.ij. q.vij.de cetero:⁊ dũmodo ↄtra fidem nõ veniat in oibus ⁊ per omnia põt facere ⁊ dicere quicqḋ placet auferẽdo ius ſuum cui vult: q᷑ non eſt qui ei dicat cur ita facis.xix. diſt].in memoriã. Et apud euȝ eſt pro rõne volũtas:⁊ qḋ ei placȝ legis hȝ vigorem:inſti.de iure naturali.§.ſed qḋ principi:poteſt ẽt ius tollere:⁊ de iure ſupra omne ius diſpenſare:vt.d.c.propoſuit. Jtem nõ hȝ ſuperiorẽ: vt in.c. licet.ẽ.de elect].⁊ hȝ celeſte arbitriuȝ:vt.l.i.C.de ſumma trini. Et ei ab ipſo ſunt cõmiſſa iura celeſtis ⁊ terreni imperij:vt.xxij.diſt.c.i.de quo plenius ibi vide p Spec.per totum illum.§. Et idem Spe.in ti.de diſpenſatiõe.§.nũc breuiter:ponendo regulã notabiliter dixit papam poſſe ĩ oibus caſibus diſpenſare in qbus a iure nõ reperitur expreſſum ↄtrariũ. Et Hoſti.in.c.rurſus.ẽ.qui cle.vel vo. cum quo trãſit ibi Jo.an.ſing.determinat ꝙ in opinionibus iuris ⁊ doctoꝝ quaꝝ altera detrahit:altera fauet po teſtati clauiũ ſemp ſtandũ eſt ei que fauet qḋ nota:vnde ex hijs Bal.in.l.certũ.C.vnde cognati:vltra mediũ:precise firmat hanc parteȝ dicens nõ eſſe dubiũ papaȝ poſſe ↄcedere monacho licentiã teſtandi de bonis que obtulit monaſterio:⁊ alleg.nõ.per glo.in auť.ſi qua mulier.C.de ſacro ſan.eccle.vbi glo.in ver.diuidere tȝ ꝙ.d.auť.ſi qua mulier:potuiſſȝ ↄcedere pťateȝ teſtandi ẽt ſeruo:ſicut cõcedit ibi ipſi monacho ꝓfeſſo:ſicut ꝗ hoc potuit ibi cõcedi per viam legis:ita eodem modo poterit p viaȝ diſpenſationis: vt.ẽ.patet: q᷑ princeps dicitur eſſe lex animata in terris. ¶ Quarto hanc etiam parteȝ videtur tenuiſſe Ange.⁊ poſt eum Jmol.in.l.ſi ſeruus cõmunis meuij.ff. de ſtip.ſeruoꝝ:dicẽtes ꝙ ſi cardinali qui prius fuit monachus vel regularis non poteſt facere teſtm̃: vt eſt.ẽ.dictum:concedatur a papa factio teſtamẽti:ꝙ tale teſtm̃ ſi ex obmiſſione alicuius ſolemnitatis nõ valeret iure teſtamenti:dato ꝙ ſit appoſita clauſula codicillaris:tamẽ nõ valebiť in vi codicilloꝝ:ex quo ſolum habuit poteſtatem teſtandi:q᷑ regula.l.ↄficiuntur ff.de iure codicilloꝝ:⁊.l. ſi.ff.de leg.i.que habȝ ꝙ qui põt teſtari:poteſt codicillari habet locũ in hijs qui poſſunt teſtari de iure cõmuni:ſecus ſi ex priuilegio ↄceſſo per principem viuentẽ: ⁊ ſic tacite ſentit ibi Ang.⁊ Jmola papam poſſe cõcedere ipſis monacis facultatem teſtandi. Pro quo ẽt facit:q᷑ nõ videtur hoc caſu diſpenſari vt ipſe monachus habeat proprium:⁊ ſic vt retineat:ſed vt in alium trãſferat ⁊ diſtribuat qḋ vi permiſſum:arg.l.cogi.§.hij qui ſollidũ.ff.ad trebel.⁊.l.ſi iudicibus.§.ꝙ ſi filius.ff.de donat]. vnde vi quodammodo executor ⁊ diſtributor: quod non improbatur ipſis regularibus de licentia ſuperioris : vt in.c.ij.x eo.ti. ¶ Jn ↄtrariam vero parteȝ videtur tex.expreſſus in.c.cuȝ ad monaſteriũ in fi.ẽ.de ſta.mona.vbi diciť ꝙ ẽt papa nõ poteſt diſpenſare cũ ipſis regularibus ↄtra votum paupertatis vel cõtinentie:diſpenſando.n.vt monachus poſſit teſtari de rebus paternis vel alijs videť permittere ꝙ habeat proprium:arg.l.i.ff.de teſta.cuȝ de ſuis proprijs ⁊ nõ de alienis ſit teſtandum: vt in.c.filius.ẽ.de teſta.vnde dicebat glo.i.d.c.propoſuit : ꝙ vt monachus habeat proprium:papa nõ diſpenſat:⁊ idem tenet glo.in d.c.cum ad monaſteriũ:in fi.⁊ Specu.in.d.§.nunc breuiter:ver.xiiij.⁊.xv.⁊ hanc partem vĩ velle Jmola in.d.l.ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus:in fi.vbi dicit ꝙ ↄſentiẽte papa cardinalis qui fuit monachus põt eſſe capax proprij quo ad adminiſtrationem:nõ auteȝ quo ad dominiũ : vt in.d.c.cuȝ ad monaſteriũ:⁊ ſic teſtari nõ poterit nec alienare:vt per Jnno.in.d.c.cum ad monaſteriũ:in prin.⁊ ibi per Jo.an.in prin.ſuper verbo proprietas:⁊ in regula nõ eſt obligatorium.Leo.lib.in mercuria.in ver.circa primũ. ¶ Scḋo pro hac parte facit:q᷑ etiã conſuetudo nõ poſſet concedere ipſis regularibus ius teſtandi:vt tȝ Bal. in.d.auť.ingreſſi:⁊ eſt tex.nõ.in.c.ij.ẽ.de teſta.per quem hoc ſequitur Jo.an.in regula nemo põt plus: in fi.Leo.li. in mercurialibus:dicens ꝙ conſuetudo nõ põt cõcedere mõacho aliquid ↄtra tria ſubſtãtialia regule: ⁊ tamẽ certum eſt ꝙ conſuetudo eſt ius quoddaȝ quod pro lege ſuſcipitur:vt prima diſtin.conſuetudo:imo derogat ipſi legi:vt in.l.de quibus.ff.de legibus : ſi ergo ↄſuetudo q̃ hȝ vim legis etiã poteſt ↄferre ordinariam iuriſdictioneȝ ẽt priuate perſone:vt eſt tex.nõ.in.c.cum contingat.ẽ.de foro compe.hoc nõ poteſt: eodem modo papa hoc nõ poterit:⁊ lȝ papa ſit ſupra ius conſuetudinis cum poſſit illã tollere:vt in.c.i.ẽ.de conſti.eo.lib.tamẽ eodeȝ modo conſuetudo eſt ſupra ius cum deroget iuri:vt.ẽ.⁊ tamen non poteſt derogare illi iuri ꝙ monachus habeat proprium: ita ergo nec papa poſſit. Eſt eniȝ votũ de iure diuino : vt in.c.maior.ẽ.de voto:cõtra quod ius diuinũ papa diſpẽſare non poteſt:vt in.c.ſunt quidam.xxv.q.i.imo vſq; ad animã ⁊ ſanguinem defendere tenetur vt ibi dĩ. Cum imprimatur eniȝ quidã caracter per monachũ:ita vt ab oſſibus vnquã euelli nõ poſſit ſm glo.in.c.ad noſtram.ẽ.de regularibus:etiã ex diſpenſatiõe pape:vt ibi per.d.Ant. ex quibus vĩ ꝙ cõtra votum paupertatis monachus vel alius regularis etiã de licentia pape teſtari nõ poſſint:cũ papa in hoc diſpenſare non valeat:vt plene determinant theologi:⁊ ſanctus Thomas ſcḋa ſcḋe.q.lxxxviij.arti.xi. prout refert Jo.an.in regula ſemel deo.Leo.lib.⁊ i.d.c.cũ ad monaſteriuȝ. ¶ Tertio ad idem facit arguendo per locum a minori qḋ licet vt in.c.cuȝ in cunctis.ẽ.de elect]. ⁊ in auť.multo magis.C.ḋ epiſco.⁊ cleri.q᷑ ſi clericus ſecularis non poteſt facere teſtm̃ de queſitis intuitu eccleſie de licentia ⁊ diſpenſatiõe ipſius pape vt late determinat.d.Nicola.in ſua repet].c.cum eſſes.ẽ.de teſta. circa finẽ:⁊ eſt dictum.ẽ.in clericis ſecularibus in ſexto queſito fortius non poterit ipſe monachus qui ex voto eſt aſtrictus paupertati:vt in.d.c.cum ad monaſterium.

¶ Quarto pro hac parte adduci põt vt etiaȝ ex alio impedimẽto ꝗ rõne voti papa diſpenſare nõ poſſit: nam p ꝓfeſſioneȝ oia iura ⁊ bona ipſius monaci querũtur monaſterio:vt in.d.auť.ingreſſi:ita ꝙ nõ reſident penes monachum:ſed

na:bbuz:ſʒ penes monaſteriū:vt p Jo.an.in.d.c.in pñtia:
de probat.ʒ ſic dicunt bona eccleſie:cuʒ quicqd querat
monachus querat monaſterio:vt in.c.quāto.ē.de offi.oz.
ʒ per Inno.in.d.c.cū olim.ē.de priuile.vnde cum ex hoc
ſequeretur quedā alienatio de bonis eccleſie:qꝛ prohibi-
tus alienare videt etiaʒ ꝓhibitus vltima volūtate diſpo
nere:vt in.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.ʒ in alienatione rex
eccleſie eſt data certa forma de qua i.c.i.ē.de rebus eccle
eo.lib.ʒ per glo.xij.q.ij.in ſumma. Non vī ꝙ in hoc ſola
diſpenſatio pape ſufficiat:ʒ maxime qꝛ dominiū rex eccle
ſie nō eſt apud papam:ſed apud deum ſm verā opi.glo.
in.c.cūm.ē.de verbo.ſigni.ʒ facit tex.in.c.cum ex eo.ē.de
elec.eo.lib.ibi de xpi patrimonio ſubiūmatis:ʒ glo.ibi in
verbo chriſti hoc idem tenet:ad idem ēt tex.in.c.i.ē.de vo
to:ʒ ita ēt videtur tenere Inno.ʒ Jo.an.in.c.cum ſuper
ē.de cā poſſeſſiōis:ʒ Archi.in.c.ſtatutum.§.aſſeſſoreʒ.ē.
de reſcript.eo.lib.ʒ in.c.preſenti.ē.de offi.ordi.eo.lib.de
quo ibi p doc.ʒ p glo.in.c.expedit.xij.q.i.ʒ p Archid.in
c.decet.xij.diſt.vbi poſt beatuʒ Bernardum notabiliter
dicit papaʒ nō habere dominiū rex eccleſie:ſed ſolaʒ ad
miniſtrationē:ʒ lʒ papa ſit vicarius xpi:tamē debʒ legiti
me adminiſtrare ʒ potius ꝯſeruare q̄ʒ bona dei diſſipa-
re:cum ex officio ſuſcepto non licentiā peccandi ſed bene
viuendi aſſecutus ſit:vt in.c.i.xl.diſt.ſunt eniʒ preſeruata
eccleſie dicta bona vt ex fructibus ipſoꝝ ſubueniat egen
tibus:vt.xij.q.ij.vienētes: ʒ in.c.qm̄ quicquid.xvi.q.i.ʒ
nulla ratio permittit:vt quod pro cōmuni vtilitate datuʒ
eſſe dignoſcitur vſibus cuiuſq̄ʒ applicetur:vt i.c.ratio.ē.
de preben.vnde qui ſubtrahit bona eccleſie dī homicida
cum necare videat illos pauperes qui fuiſſent ex illis bo
nis ſubſtentati:vt in.c.qui xpi:ʒ.c.qui abſtulerit.xij.q.ij.ẽg
papa hoc facere nō pōt:qui lʒ receperit a deo poteſtateʒ
ʒ dignitatem pontificatus: non tñ poteſtatē peccandi vt
in.d.c.i.Et qꝛ vicarius nō hʒ minoreʒ ptāteʒ q̄ʒ ipſe deus
qui peccare non poteſt:vt de pe.diſtinct.i.ij.§.ñ.ergo nec
papa qui eſt eius vicarius dʒ hoc poſſe:ar.c.cum in gene
rali.ē.de offi.vica.eo.lib. ¶ Et vltimo pro hac parte vī
tex.in.c.non liceat pape.xij.q.ij.vbi expreſſe cauetur de
papa ꝙ ei nō lʒ alienare bona eccleſie:ergo nec ptāteʒ te
ſtandi dare:cū ex hoc ſequatur alienatio: vt i.d.§.fratres
Ideo dixit notabiliter Hghuitio in.d.c.nō liceat: ʒ ſeq-
tur ibi Archi.papam peccare mortaliter ſi bona eccleſie
alienat in caſu nō licito:ʒ in caſibus a iure non permiſſis
qd dictum ſing.tene mēti: ʒ ita ſeqtur.d.Nico.in.c.ꝯſti
tutus.ē.de relig.domi.in.iiij.col.vnde cum papa nō ha-
beat ptātem peccandi vt.d.c.i.nō poterit dare licentiā te
ſtandi ʒ alienandi res ipſius eccleſie:vt.ē.pʒ. ¶ Quare
pro deciſiōe huius articuli poſſʒ adduci qd dicit Jo.an.
in regula actus legitimi.i.eo.lib.in mercu.in fi.vbi in fine
li.q.ʒ in eius ſolutione vtitur his verbis.vʒ.Solutio ne
lingua trāſiens ſup terram os ponat in celum:ꝯtra id qd
dicit tex.in.c.in tantū.xxi.diſt.Ipſe papa de cuius poten
tia queritur qōneʒ ſoluat:conſulendū eſt tamē ſibi ꝙ ab
hijs abſtineat:vt ibi p Jo.and.Et forte in hoc poſſʒ dici
ꝙ ſubſiſtēte magna ʒ legitima cā ʒ vera papa poterit ſu
per hoc diſpenſare p ea que tʒ ipſe Jo.an.in regula ſemel
deo.i.eo.lib.in mercurialibus:ʒ Inno.in.d.c.cū ad mona
ſterium:vbi determinat papā poſſe tunc diſpenſare cum
regularibus ēt in voto cōtinentis vel paupertatis:lʒ ſan-
ctus Thomas vt.ē.ʒ alij theologi teneant ꝯtrarium : de
quo tamē arti.vide p glo.ʒ doc.in.c.i.ē.de voto : ʒ i.d.c.
cū ad monaſteriuʒ:ʒ p Jo.an.in regu.ſemel deo:vñ dicit
Inno.in.d.c.cū ad monaſteriuʒ:ſup v̄bo ſūmus:in pn.ꝙ
ad hoc vt monachus ex diſpenſatione pape poſſit teſtari
reqritur ꝙ ſubſit magna ʒ vera cā:alſ diſpēſatio non va

let ʒ eſt nulla ſm Jo.an.ibi:ʒ alſ ſm Inno.peccaret tam
papa diſpenſans q̄ʒ ipſe cū quo diſpēſatur:ʒ diſpēſatio il
lum nō excuſaret:qd generaliter dicit ꝓcedere in oibus
que ſunt ꝯtra votū tacitū vel expreſſuʒ:ʒ ita ſequitur ibi
Hoſti.ʒ Jo.an.ʒ ita cōiter trāſeunt ibi doc.ʒ lʒ i alijs ca
ſibus vbi ēt ꝯtra ius poſitiuuʒ requirit diſpēſatio debeat
ꝯcedi ſubſiſtente iuſta cā:ʒ alſ diſpenſatio nō valeret:vt
in.c.lʒ canon.ē.de elec.eo.lib.ʒ tʒ Jo.an.ʒ.d.Nico.in.c.
de multa.ē.de p̄ben.lʒ Inno.in.d.c.cū ad mōaſteriū aliō
velit ʒ non bene:tñ requirit ꝙ cā ſit magna ʒ vera:vt pʒ
ex dictis Inno.ʒ Jo.an.in.d.c.cū ad monaſteriū: alſ diſ
penſatio eſſʒ nulla:nec excuſat:vt ibi per eos:ʒ generalr
in qbuſcūq̄ʒ votis qñ diſpenſatur dʒ cauſa eē vera ʒ legi
tima exiſtēter:nō aūt apparēter:alſ ille cuʒ quo diſpēſat
ēt per papaʒ nūq̄ʒ eſſet tutus quo ad deū:vt voluit glo.
ſing.in.c.nō eſt.ē.de voto:ʒ facit glo.in.d.c.quāto:dicēs
ꝙ lʒ qs abſoluat a iuramēto p papam: tñ niſi ſubſit iuſta
cā ʒ vera nō eſt tutus quo ad deū: ʒ idē tenuit Inno.i.c.
cū inter.p.ē.de renū.qꝛ papa nō pōt ſaluare ꝯſciētias no
ſtras.Ad ideʒ ēt facit glo.nō.in.c.mōachi vagātes.xvij.
q.i.volens ꝙ lʒ de iure ſit vt monachus poſſit promoueri
ad eccſaʒ ſecularē curatā:vt in.c.qd dei.ē.de ſta.mo.tñ il
lud verꝫ qñ ꝓmouet vt proſit:ʒ ſic ex iuſta ʒ vtiliſſima cā
ſecus ſi vt preſit qꝛ peccat mortalr:ʒ venit ꝯ votū:ex qb⁹
oibus poſſʒ ꝯcludi ꝙ ex diſpēſatiōe pape ſubſiſtēte vera
ʒ magna cā monachus poterit facē teſtm̄ de bonis p euʒ
oblatis mōaſterio:alias vero ſecus:ʒ alſ diſpēſatio eſſet
nulla ēt in foro iudiciali vt.ē.ʒ maxime qꝛ i votis nō pōt
diſpenſare:ſʒ fit cōmutatio in cām que ſit deo magis acce
pta:vt in.c.i.ē.de voto: vnde ſi in teſtō fiat p monachum
diſtributio in cām maioris boni q̄ʒ ſi ille res remanerent
apud monaſteriū:ʒ illa cā ſit talis ex qua eſſʒ pmiſſa alie
natio de reb⁹ ipſius eccleſie: puta i caſu.c.aurꝫ:ʒ.xij.q.ij.
vel ſimili caſu ſatꝫ poſſʒ ſubſtentari ꝙ talis diſpēſatio va
leat:alſ ſecus:non ẽ ſufficēt quelibʒ iuſta cā: ſʒ dʒ eē ma-
gna ʒ vera:vt.ē.p Inno.ʒ dʒ eſſe talis ex q̄ alienatio de
rebus eccleſie eſſet pmiſſa:ex quo dñiuʒ rex eccſie nō eſt
apud ipʒ papā diſpēſantē:vt.ē.pʒ:cogita tñ in pdictꝫ qꝛ
nō trāſeunt ſine dubio.Et dubietas ſtat in h̄ an p̄p̄ poſſe
diſpēſare ꝯ ſubālia regule.Et an dicat hic dñiuʒ rex ec-
cleſie vel non : ʒ poſito ꝙ ſm cōem opi.canoniſtarum ex
iuſta cā papa poſſʒ diſpēſare ꝯ ſubālia regule vt.ē.dī qꝛ
tñ ſm cōem ʒ veriorē opi.nō dī hic dñiuʒ rex eccleſie nō
vī ꝙ poſſit pmittere alienationē rex eccleſie ſic eēt diſpē
ſando ꝙ monachus teſtet:ex quo oīa bona ʒ iura ipſius
monaci ſunt mōaſterij vt.ē. ¶ Circa quartū principale
hui⁹ R.que ſolēnitates reqrant:vt ſic teſtm̄ de iure ſubſi
ſtat.vide in.l.hac ꝯſultiſſima:ʒ in.l.iubemus.C.de teſta.
ʒ in.l.inter cetera.ff.de libe.ʒ poſthu.ʒ p doc.in.l.i.ff.de
teſta.ʒ plene p Spe.in ti.de inſtru.edic.§.compendioſe:
ver.ſo oppone:cum ver.ſeq.ʒ hic per Pe.de.ancha.
¶ Quāruʒ vero ad ſcdam parteʒ huius rub.de hijs vl-
timis voluntatibus dic ꝙ vltra teſtm̄ quatuor ſunt ſpēs
vltimaꝝ volūtatum.Quaꝝ pma eſt codicillus: de quo
vide in ti.ff.ʒ.C.de codicil.ʒ ibi in quo differat a teſtō: ʒ
que ſolēnitas reqratur:ʒ p Spe.in ti.de inſtru.edic.§.vl
ſo.Alia ſpēs eſt donatio cā mortis:de qua vide in ti.ff.ʒ
C.de dona.cā mor.ʒ p Spe.in ti.de inſtru.edic.§.porro
ʒ in quo ꝯueniat cū vltima volūtate vel cū ꝯctibus:vide
p doc.in.l.ij.ff.ō leg.i.Tertia ſpēs eſt mortis cā capio de
qua vide plene p Bar.ʒ doc.in.l.qui pretio.ff.de dona.
cā mor.Et quarta ʒ vltima ſpēs eſt que i certo caſu locū
hʒ:de qua in.l.licʒ.C.de pac.ʒ ibi p doc.Et de hijs oib⁹
vide plene p Imol.in R.ē.de teſta.ʒ ibi quare dicant vl
time volūtates:ʒ de eoꝝ ſpeciebus. Nobi.Fran.

# Jpater filium et.

¶ Licet glo. prima hic ponendo caſum ex eo ſummariū eliciat: tamē pōt aliter ſic ſummari. Subſtitutio breuiloqua ⁊ cōpendioſa facta p̄ pātrem filijs impuberibus dʒ in dubio intelligi directa pupillaris ex qua ſubſtituti admittūt: ⁊ mater in totū excluditur ſi īfra pubertatis tpa deceſſerint. h. d. Et diuidit in. v. partes. Quia p̄mo ponitur teſtm̄ patris tria ɔtinēs. ſ. filioꝝ inſtōnem: legatū vxoris: ⁊ ſubſtōnem quā fecit filijs. Scdo ibi teſtōre: narrat q̄ poſtea emerſerūt. Tertio ibi abſqʒ: ſoluit dubiū emergentis qōnis: qd̄ oritur ex predictis. Quarto nō. ibi premiſſe: pōitur ratio deciſionis ⁊ ɔfirmatio rōnis p̄ aliaʒ quā ſubuertit. Quinto ibi: licʒ autēʒ: rn̄det de duabus tacitis obiectionibus. ¶ Et pro faciliori intelligētia hui⁹ ſingulariſſime decī. ⁊ dicendoꝝ. j. Premitte p̄mo ꝙ in teſtamētis eſt dare inſtitutionē heredis ⁊ ſubſtōnēʒ: inſtitutio dr̄ primus gradus: ⁊ ſubſtitutio ſcōs: vt pʒ hic: ⁊ in. c. raynucius. ē. eod. Jdeo dicebat glo. in rub. ff. de vulg. ⁊ pupil. qd̄ ſubſtitutio dr̄ ſcōa inſtitutio: qꝛ oīs heres inſtitutus pōt dici inſtitutus ſm̄ glo. in. l. gallus: in prin. ff. de lib. ⁊ poſthu. ⁊ pʒ. j. in tex. in ver. inſtituendo: ⁊ ibi p̄ Archi. ⁊ Jo. an. Cum ḡ ſubſtitutio dr̄ ɔditionalis inſtitutio: vt ff. de vulg. ⁊ pup. in. l. qui lib. in p̄n. Et dr̄ ſubſtitutio ſcōa inſtitutio ēt ſi ſit vlterioꝝ: puta in defectū multoꝝ graduūʒ: ⁊ ſic poſt primas ɔſtōnes oēs ſubſtōnes ſcōe dicunt: vt p̄ glo. i dicta rub. ⁊ in rub. C. de ſcōis nup. vnde pōt teſtōr plures gradus heredūʒ facere: puta ſi filius me⁹ mihi heres nō erit ille ſit heres: ⁊ ſi ille nō erit ſit alius: ⁊ ſic deinceps: vt i. l. pe. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ pʒ hic i tex. vbi pater fecit tres gradus heredū: primo filios inſtituendo. ſcōo eos adinuicēʒ ſubſtituēdo. tertio in eoꝝ defectū pauperes: ⁊ ſimiliter i defectū paupeꝝ potuiſſʒ de alio ɔuidere: ⁊ hec poteſtas prouidendi de pluribus gradibus hʒ locū non ſolū in hereditatibus: vt hic: ſʒ ēt in legatis ⁊ donatione cā mortis: vt in. l. vt heredibus. ff. de leg. ij. de q̄bus oībus latius. j. dicetur in materia ſubſtōnum. ¶ Scdo premitte ꝙ principaliter due ſunt ſpēs ſubſtitutionū. Nam alia eſt directa alia obliqua ſeu fideicōmiſſaria: ⁊ dr̄ directa qn̄ quis a ſe ipſo capit bona: ⁊ non p̄ obliquum ⁊ manuʒ alterius: ⁊ ſic qn̄ ſuccedit teſtatori ex ſolo aio ⁊ ſine alterius miniſterio quis efficit heres ⁊ dn̄s: vt in. l. cum heredis. ff. de acqui. poſ. ⁊ ita dicit in. l. precibus: in prin. C. de impub. ⁊ alijs ſubſti. ⁊ idem dicit Jo. an. hic ſup glo. ideſt: dicēs ꝙ tūc eſt directa ſubſtitutio qn̄ directe ⁊ nō p̄ perſonā mediaʒ capit bona: ⁊ ſic qn̄ directe ⁊ nō p̄ perſonaʒ mediam ſubſtitutus venit vel venire pōt ad hr̄ditatē ſubſtituētis vel ſubſtituti de quo. j. Obliqua vō ſeu fideicōmiſſa. ē qn̄ p̄ manū alterius capit bona: vt in. l. eam q̄ʒ. C. de fideicō. ⁊ ſic qn̄ ſucceditur teſtatori alio mediante d̄ cuius manu pcipiatur bona puta fideicōmiſſarius de manu heredis vt pʒ. ff. ⁊ C. ad treb. ⁊ de tali fideicōmiſſaria ſeu obliqua tractatur i dictis ti. ¶ Tertio premitte ꝙ directa ſubſtō ſubdiuidit in quinqʒ. ſ. in vulgareʒ: pupillarē: exemplarē: reciprocā: ſeu breuiloquā: ⁊ cōpendioſam: quas vide per textum in. d. c. raynutius in magna glo. in prin. ⁊. j. in glo. in ver. abſqʒ: ⁊ ibi dicetur: ⁊ p̄ glo. inſti. de pupil. ſubſti. in glo. mag. ¶ Quarto premitte ꝙ in directis ſubſtōnib⁹ nō hʒ locū quarte deductio: ſʒ tm̄ in fideicōmiſſarijs ſeu obliquis: vt hic: ⁊ in. d. c. raynutius: ⁊ in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulg. ⁊ pupil. ¶ Quinto premitte ꝙ i materia teſtamētoꝝ multe ſunt quarte: de q̄bus vide p̄ glo. ordi. in. d. c. raynutius: in glo. que incipit: nota ḡ ꝙ quartaruʒ.

